FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## Libri de Medicina Mentis, Posthac Edendi, Conspectus, Sive Index

### Lange, Joachim

### [Erscheinungsort nicht ermittelbar], 1703

Pars II. de Mentis aegrae Sanatione.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154811**

Visual Library

De corporis recreationibus. n. 21.

Hinc ἀνακεφαλαίωσις geralis, qua docetur officium boni Logici & bonæ Logicæ. n. 22.

Characteres hominis rudis, indocti, ἀλόγȢ, n. 23.

## PARS. II. de
# Mentis ægræ Sanatione.

## CAP. I. de
## *Sanationis Principiis & Adjumentis* in genere.

De his in genere. n. 1.
In ſpecie de *lumine naturali*, n. 2.
De *Lumine ſupernaturali*, minime excludendo. n. 3.
A multis vero indigniſſime & infeliciſſime excluſo. n. 4, 5.
De *Inſtitutione*. n. 6. quo etiam pertinet *Converſatio* & *Lectio*, n. 7.
De *Exercitatione*. n. 8.
De uſu *deſideriorum* haud excludendo, n. 9.
De ſingulis ſeorſum, hinc

## CAP. II. de
## *Uſu Luminis Naturalis.*

Cur ab hoc ſitfaciendum ſanandæ mentis initium in ætate tenera, n. 1. & adulta. n. 2.
Luminis naturalis uſus imagine illuſtratus. n. 3.
Ejus fundamentum: *Homo eſt ſui conſcius*, n. 4.

Hæc

Hæc theſis in varias propoſitiones ſ. veritates primas reſolvitur. n. 5.

Quæ ob evidentiã ſuam ſunt indemonſtrabiles. n. 6.

Ex illis conficitur principium primum univerſale: *Quicquid convenit ſanæ rationi, verum eſt, & contra.* n. 7.

Hoc principium primum in duas propoſitiones diſpeſcitur, quarum altera per miniſteria ſenſuum, altera per abſtractiones, rationis uſum ſiſtit. n. 8.

Requiſita ad integrum ſenſuum miniſterium. n. 9.

Nec non ad rectam idearum abſtractionem. n. 10

Principium primum eſt fundamentum ac fons veritatum naturalium omnium n. 11. nec non complexus luminis naturalis. n. 12. de quo Part. III. plura.

Hinc ſequitur, philoſophandi initium faciendum eſſe a cognitione ſui ipſius n. 13.

Naturale lumen eſt in omnibus idem, & tamen diverſum n. 14.

Hinc diverſitas intellectus. n. 15.

Qui vel agilis n. 16. vel ſolidus & acutus n. 17. vel celer ac ſubtilis n. 18. vel ſublimis atque amplus. n. 19. vel hebes ac tardus n. 20.

Cautio intellectus ſubtilis. n. 21. nec non ſublimis. n. 22. ac hebetis. n. 23.

Monitum generale de modeſto doni ſ. luminis naturalis uſu. n. 24. ejus ratio ab imperfectione. n. 25.

Intellectus finis eſt veritas n. 26.

*Primum* intellectus *officium* eſt, inveſtigandæ veritatis initium capere a ſe ipſo, n. 27.

*Secundum*, regere phantaſiam n. 28. quæ eſt affectio ſingularis & periculoſa. n. 29.
*Tertium*, frenare affectus, errorum genitores. n. 30.
*Quartum*, voluntatem conſilio regere. n. 31.
*Quintum*, agnoſcere ſuam ad hæc præſtanda imbecillitatem ac ægritudinem. n. 32.
*Sextum*, ſanitatem, lumen ac robur admittere, è principio atque objecto ſuperiori. n. 33.

## Cap. III. de

## *Operatione ac uſu luminis ſupernaturalis ex Principio Gratiæ.*

Neceſſitas ac uſus luminis ſupernaturalis illuſtratur imagine lucis primigeniæ in creatione. n. 1, 2.

Lucis primigeniæ naturalis triplex potiſſimum erat virtus, *illuminandi*, *calefaciendi ac movendi*. n. 3.

Eadem eſt ratio luminis ſupernaturalis. n. 4.

Quæ non minus voluntatem, quam intellectum, reſtituit in integrum. n. 5.

Hinc mentis emendatio, quaſi nova eſt creatio, in qua Spiritus S. non minus eſt operoſus, quam in creatione naturali. n. 6.

Speciatim lumine ſupernaturali afficiuntur ac reſtituuntur primariæ mentis facultates. n. 7. Facultas intellectus. n. 8. deſiderii n. 9. receptionis. n. 10. acquieſcentiæ n. 11. unde ſtatus mentis rectus. n. 12. in ſpecie rationis oparatio ordinata ac ſolida, n. 13.

## Cap. IV. de
## *Doctrina ac inſtitutione, inprimis domeſtica.*

Jus prima lex: *Mens in parentibus ſanata*, n. 1.
Non imprimendæ juventuti falſæ rerum notiones. n. 2.
Juventꝰ arcenda a noxia famulitii familiaritate. n. 3
Illi non permittenda petulantia & inſolentia adverſus famulitium. n. 4.
Non eſt corrumpenda malis exemplis, n. 5.
Revocanda eſt a nimia curioſitate. n. 6.
Ab incogitantia & impatientia n. 7.
A præcipitantia. n. 8.
A philavtia & pertinacia. n. 9.
Inſtituenda eſt in prudentia. n. 10.
Quæ filia ſapientiæ. n. 12.
Augenda per experientiam. n. 12.
Sedulo præmunienda juventus contra errores & mala exempla. n. 13.
Cavendum præcipue, ne quid agat ἀσκόπως. n. 14.
Diſcat aliorum damno ſapere. n. 15.
Purganda mens a vanitate. n. 16.
Hinc ei ſolida ſtudiorum incitamenta danda. 17.
Diſcat rem quamlibet ſuo æſtimare pretio. n. 18.
Commendandæ ac inſtillandæ tres primariæ juventutis virtutes: *Amor veri, obedientia, diligentia.* n. 19.
Præcipue ducatur ad ſapientiam veram. n. 20. Hodego Timore Domini. n. 21.

Tandem notandum, plurima ex his pertinere quoque ad inſtitutionem ſcholaſticam, & ex illa multa ad domeſticam. n. 22.

Inſtitutio autem magna ex parte pertinet ad Part. IV. ubi de inſtitutione ſcholaſtica agitur. n. 23.

## CAP. V. de *Exercitatione*.

Exercitatio ſ. practicum emendandæ mentis ſtudium ſumme eſt neceſſarium. n. 1.

Requirit autem *veri rectique amorem, attentionem, ſinceritatem, meditationem, expurgationem*. n. 2.

Quid amor veri ac recti? n. 4.

Quid ſinceritas. n. 5.

Quid meditatio. n. 6.

Ejus neceſſitas ac dignitas. n. 7.

Objectum ejus proximum ad quaſi domeſticũ. n. 8.

Ejus actus proximus, *noſtri exploratio*. n. 9.

Conſideret ſe ſapientiæ cultor ſecundum ſtatum triplicem, & quidem *brutum*, n. 10. *humanum*, n. 11. *Chriſtianum* n. 12.

Quid *expurgatio*. ſ. *κάθαρσις* n. 13.

Quantopere ſanioribus philoſophis fuerit comendata & exculta. n. 14.

Unde illis innotuerit. n. 15.

Unde nobis innoteſcat. n. 16.

Tandem hæc exercitatio primarias mentis facultates excitat, corrigit, perficit. n. 17.

Speciatim facultatem intelligendi. n. 18.

Deſiderandi, n. 19.

Reci-

Recipiendi. n. 20

Acquieſcendi. n. 21.

Ad harum facultatum uſum & perfectionem refer etiam Cap. ſeq.

## CAP. VI. de

## *Boni ac veri deſiderio.*

DEſiderium menti naturale eſt. n. 1.

Quæ objecta deſiderio digna? n. 2.

DEUS deſideria poteſt & vult implere. n. 3.

Ipſe deſideriorum ſenſus eſt deſiderandi boni promiſſio ac deſiderati ſpes. n. 4.

Æquum eſt animam deſiderio ferri in Deum. n. 5.

DEUS confert deſideranti animæ inter alia bona *ſapientiam.* n. 6.

Deſiderium mentem ad DEUM convertit quam efficaciſſime. n. 7.

Deſiderio mens DEO non traditur dimidia, ſed tota cum omnibus facult. n. 8.

Vera deſideriorum indoles ac requiſita. n. 9.

Deſideriorum indoles atque ad ſapientiam neceſſitas patet e lumine naturæ. n. 10.

Clarius tamen e libro Scripturæ. n. 11. 12.

Hoc deſideriorum exercitium eſt ipſum precum exercitium. n. 13.

Summa hujus exercitii utilitas in ceteris mentis facultatibus reſtituendis ac ſanandis. n. 14.

Summum ex hujus exercitii neglectu damnum. n. 15.

## Cap. VII. de
## *Speciali adminiculorum applicatione ad mentem ab erroribus ſ. præjudiciis purgandam.*

PRæjudicia ignorantiæ per ſcientiam, nimiæ confidentiæ per ſobriam diffidentiam, nimiæ diffidentiæ per ſobriam confidentiam, pravorum motuum per emendationem affectuum tollenda: hinc

### Membr. 1. de
### *Solida ſcientia.*

Solidæ ſcientiæ indoles, comparatio, uſus, n. 1.
Solida ſcientia tranſit in ſapientiam. n. 2.
Rerum pretia metitur earundem objecto, uſu, indole ac fine n. 3.
Hæc tria in æſtimatione non ſunt divellenda. n. 4.
Æſtimatio objectorum. n. 5, indolis. n. 6.
Uſus. n. 7. Finis. n. 8.
Aliquot ex his concluſiones de rebus præſtantiſſimis. n. 9.

### Membr. 2. de
### *Sobria Diffidentia.*

*Dubitatio* eſt vel *ſceptica*, vel *dogmatica ſ. ſobria*, n. 1.
Dubitatio ſobria ſobriam parit diffidentiam. n. 2.
Sobria diffidentia de nobis ipſis. n. 3.
Hujus effectus ſalutaris. n. 4.
Sobria diffidentia de aliis. n. 5.

Hujus

Hujus effectus ſalutaris. n. 6,7,8.

## Membr. 3. de *Sobria Confidentia.*

Sobria Confidentia de *nobis* ipſis. n. 1.
Ejus effectus ſalutaris. n. 2.
Sobria Confidentia de aliis. n. 3.
Ejus effectus ſalutaris. n. 4.

## Membr. 4. de *Correctione pravorum motuum, errorumq; inde ortorum.*

Nec lumen nec vires naturæ hic ſufficiunt. n. 1.
Sed lumen & vires gratiæ. n. 2.
In hujus luminis admiſſione & uſu requiritur ſinceritas n. 3.
Sinceritati adverſatur communis ac periculoſiſſima ſui ipſius deceptio. n. 4.
Sinceritatis uſus ac utilitas. n. 5, 6, 7.
Hinc, ſuppreſſis pravis motibus, rectum judicium de Bonis Malisque Animi, Corporis ac Fortunæ, n. 8, 9, 10.
Eadem eſt ſpecialiorum dijudicatio. n. 11.
Hinc voluntate adhuc ægra ægrisque affectibus, nulla datur vera intellectus ſanatio. n. 12.
Logica & Ethica proprie non ſunt duæ diſciplinæ, ſed una, ſive diverſi, conjunctiſſimi tamen, unius reſpectus. n. 13.
Hos reſpectus conjungit *Cultura* ſ. *Medicina mentis.* n. 14.
Logica & Ethica traduntur inepte. n. 15.

Neutra ſeorſum valet ad culturam mentis. n. 16.
Nec ad eandem valent conjunctim. n. 17
Sed utraque eſt corruptiſſima. n. 18.

## Cap. IIX. de
## *Sanatæ mentis effectu ac fine primario, gloria DEI.*

### Membrum. 1. de
### *Promovenda DEI gloria in genere.*

Sanatæ mentis effectus, ac finis proximus, hominis ſalus. n. 1
effectus ac finis medius, aliorum ſalus. n. 2.
effectus ac finis ultimus ac primarius, *DEI gloria amplificanda.* n. 3.
Vulgo nihil minus quæritur, quam DEI gloria. n. 4.
Imo ne conſtat quidem ratio quærendi DEI gloriam. n. 5.
Quæ ignorantia ac error ægram eſſe mentem indicant, n. 6.
Ergo propria hic eſt ſedes, docere, qua ratione ſanata mens DEI gloriam quærere debeat. n. 7.
Præterea ut affectio hæc eſt generalis, ſic pertinet ad doctrinam generalem. n. 8.
Refellitur *Objectio*, hæc tractari debere in Ethica aut Theologia. n. 9

### Membr. 2. de
### *Promov. div. glor. fundamentis.*

Hoc officium etiam philoſophia agnoſcit, n. 1.
Glo-

Glorioſæ DEI perfectiones elucent ex opere Creationis,unde *fundam. primum.* n. 2

Creat'ônis n. finis Dei gloria, ejusque neglectus Gentilibus exprobratus. n. 3.

Glorioſæ Dei perf. porro ingenere elucent ex operibusConſervat, & providentiæ, unde *fundam.* 2. n. 4.

eorum finis, DEI gloria. n. 5

*Fundam*, 3. in ſpeciali beneficiorumDei fonte ac indole, eorumque multitudine. n. 6.

*Fundam.* 4. in hominis indigentia. n. 7, 8

Hinc concluſio generalis de æquitate & neceſſit. promov. divinæ gloriæ. n. 9

## Membr. 3. de
## *Modo promov. divinæ gloriæ.*

Quid ſit DEI gloria. n. 1.

Quid ſit, Dei gloriam quærere ac promovere. n. 2.

Res aliæ directe, aliæ indirecte gloriam Dei intendunt. n. 3

In primi generis rebus & actionibus modus eſt expeditus ac perſpicuus, id quod exemplis illuſtratur. n. 4, 5, 6

In ſecundi generis actionibus requiritur *legitima ſcoporum ſubordinatio*, quod itidem exemplis illuſtratur. n. 7, 8, 9

Gloriæ DEI ſubordinata eſt ſocietatis humanæ ſalus. n. 10

Qua ratione per ſociet. hum. ſalutem promotam Dei gloria promoveatur, exemplis illuſtratur, n. 11, 12, 13, 14